



Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Sacrорvm Ritvvm, Sev Commentaria In Rvbricas Missalis Et Breviarii Romani

In quibus origo cuiusque Ritus, Causæ historicæ, vel mysticæ, ex maiorum ingenio, Theoria, Praxis, Obligatio, & exquisitus Vsus, additis opportunè Decretis omnibus S. Rituum Congregationis, quàm breuißimiè explicantur

Gavanti, Bartolommeo

Antverpiæ, 1634

De prolatione Officij diuini. V.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40244

8 Comm.in Rubr.Breuiarij. Sect.I.Cap.V.Tit.3.4.&5.

De intentione Officii diuinii.

T I T. I I I.

1 **S**Vficit intentio implicita orandi Deum, *Nanar. cap. 13. num. 15.* & habetur in sola Breuiarij acceptio-ne, ut recitetur Officium.

2 Qui recitat principaliter ob lu-crum distributionum, seu fructuum, siue sit intentio actualis siue virtualis, peccat, *Nanarr. de Orat. c. 6. num. 15.*

3 Ille itē Religiosus peccat, qui prin-cipaliter recitat ob timorem pœnatum à Superiore irrogandarum, vel alios fi-nes minus bonos, *Nanarr. ibid. num. 19.*

De attentione Officii diuinii.

T I T. I V.

1 **Q**Vi non attendit ad verba, vel ad sensum verborum, vel ad finem in oratione propositum, peccat; & duas primas attentiones singillatim sufficiunt, *S. Thom. 2. 2. quest. 83. art. 13.* neque meliorem tenetur qua-re, ait *Suar. tom. 2. de Relig. lib. 3. cap. 4. num. 9.*

2 Qui recitat sine attentione actua-li, vel virtuali, peccat mortaliter; nec habitualis sufficit, quæ absque ullo voluntatis actu non raro contingit, *Azor. cap. 12. quest. 1.*

3 Qui voluntariè distractus, alia faciens quæ attentionem impedian-t, scribendo, pingendo, & similia facien-do, peccat, *Azor. quest. 3. ex cap. Dol-lentes.* vbi præcipitur attentio interior & exterior, non tamen tenetur repe-te-re; quia, licet male, volunt tamen debitu-m, *Cordub. in suis Quest. lib. 4. q. 13. ad fin.* putat *Azor.* oppositum esse ve-rius *quest. 6.* & addit *Nanarr. cap. 20. num. 32.* teneri, ac si non recitasset, ad restitucionem fructuum; quod nobis magis placet.

4 Qui recitat dum vestes induit, exuit, faciem lauat, &c. peccat venia-liter, *Nanarr. num. 32.*

5 Qui attente quidem recitat, sed in animo habet non satisfacere pre-cepto, tenetur repetere, *Nanarr. cap. 16. num. 74.*

6 Qui tantum legit preces Hor-rias, & non orat, minimè satisfaci-t, *Nanarr. cap. 13. num. 15.*

7 Qui recitat Officium, & simul audit Missam, satisfacit; peccati-men venialiter, *ex Caet. in Opus. Tom. 2. tract. 4. Negat Nanarr. cap. 16. num. 71.* si iusta sit causa. At concordant omnes, nullum esse peccatum, si recitat quando Sacerdos Missa le-creta dicit.

8 Qui recitat cum alijs, satis est, si attente audiāt verba plurim, non in-gulorum, ac si ab uno tantum dicen-tur, *Azor. cap. 7. quest. 7.*

De prolatione Officii diuinii.

T I T. V.

1 **Q**Vi recitat solus, satis est, si verba ita proferat, ut se ipsum percipliat, & intelligat; neque sufficit, si in gurgite tantum pronuntiet, sed lingua & labia verè moueat, *Nanar. cap. 20. num. 14.*

2 Qui verba diminuit & derru-ct, syncopat & transcurrit (nisi uno linguae, vel consuetudine quadam quasi ingenita fiat) peccat saltem ve-nialiter; nec tenetur reprehendere. *Azor. cap. 7. quest. 11.* & putat verius, & probat fusiūs.

3 Qui recitat cum socio satisfaci-t, siue ille sit obligatus ad Officium, siue non; & satis est, si attendat ad Antiphonas, Capitula, & Orationes, que locas solus dicit, *Nanarr. cap. 10. num. 16.* idem dic de Lectionibus, *Azor. cap. 7. quest.*

De defectibus in Officio diuino contingentibus.

quest. 9. In Psalmis autem & Hymnis recitandis, caue, ne si plures socij sint, alio modo dicantur quam alternis versibus, ad modum duarum partium Chori, ex vsu communi Ecclesiae; alioquin non sit satis, ait *Suar. lib. 4. cap. 25. num. 3.*

4 Qui in Choro defunatus ad cantum non cantat, non satis facit, *Nauar. Miscell. 79. de Orat. cap. 10. nn. 47. ex Trident. Sess. 24. cap. 12. vbi de Canonis loquitur. Consuetudo contraria in Canonis, qui per alios cantant, vbi moribus gentium sit recepta, sive continuata post Bullam Pij V. potest excusare a cantu, A^rgor. c. 11. quest. 6. Videantamen Episcopi, ne sit abusus, & dum per organum sonatur versus, dicitur hic ab aliquo, ut ab astantibus auditatur, *Suar. Tom. 2. lib. 4. cap. 8. num. 7.**

5 Ad exactam prolationis formam, & praesertim in Choro, valde iuvat cognitio verborum Grammaticalis, quanam corripienda sint, aut producenda. Et quia rudioribus etiam sum ego debitor, addidi ad calcem huius Operis eorum verborum notulam que in Breuiario Romano sparsim habentur; & in quibus plurimi hære-re possunt, & solent: licet in Breuiario ipso nuper edito suis locis eadem iam adnotauerimus.

De tempore Officii diuini.

T I T. VI.

1 **D**icit Francol. de hac re fusissime, & par. 1. cap. 10. praecedens tempus cuiusque Horæ recitanda debatum, esse intra spatium Horæ diei sibi respondentis, non extra illud; & cap. 21. Primam in prima diei hora, Tertiam in tercia, Sextam in sexta, Nonam in nona, Vespertas in

vndeclima, Completorium in duodecima recitandas esse, Matutinum autem post medianam noctem, auroram versus; sumitque ille horas cum latitudine.

2 A media nocte antecedentis diei incipit tempus recitandi Officij, & perleuerat usque ad medianam noctem sequentis inclusuè. Est communis apud Bonac. disp. 1. quest. 3. pun. 3. num. 2. ita ut ultra medianam noctem sequentis diei Officium præcedentis non valeat, *Nauar. cap. 3. num. 54.*

3 Qui variat intra dictum tempus notabiliter horam a sacris Canonibus præscriptam, peccat venialiter, *Bonac. loco citato num. 4. nisi iusta causa excusat; que est maior deuotio, vel periculum probabile futuræ occupationis, idem num. 5. quare nec tenetur repetere, num. 6.*

4 Consuetudini in hac re standum est potius quam Iuri scripto, *A^rgor. quest. 8. in 2. obiect.*

5 Satius est etiam anteponere quam postponere, *A^rgor. cum communi cap. 9. quest. 3.*

6 Matutinum & Laudes ex iusta causa possunt recitari in Vesperis præcedentis diei, puta, ut deuotiùs ore, vel studijs manè operam det, vel quia non poterit manè ita commodè recitare, *S. Thom. quodlib. 5. artic. 28. & communis.* & post Completorium satis est expectare tertiam vel quartam horam post meridiem, *S. Thom. ibid. & alij apud Bonac. loco cit. num. 16. non ante horam vigesimalm, num. 17. A^rgor. autem docet cap. 9. quest. 5. non ante vigesimalm primam astante, nec hieme ante vigesimalm secundam.*

7 Prima ante solis ortum, vel paulò post, Tertia aliquantulum post ortum, Sexta paulò post, Nona prope

B pran-